

tore eius aliquo collecti, quod clare libro 6. capite 1. scriptum est. In his multa et praeclara de ideis disputata sunt, de numeris in hanc rem nihil. Quare obiectio haec ruit, qua ratione ruent etiam omnia illa, quae duobus ultimis Sapientiae libris contra ideales numeros disputavit atque de idealibus vel magnitudinibus vel figuris, nusquam enim est in Platonis libris quicquam de talibus rebus scriptum. Sub eandem censuram venient illa quoque omnia, quae duobus hisce nominibus numerorum ac magnitudinum contra ideas, si quae loca in Aristotelicis libris reperientur.

10 Iis ergo omissis reliqua prosequamur.

Subdit eodem loco:<sup>43</sup> *Quod vero illae<sup>xiv</sup> horum substantiae sint, vane<sup>xv</sup> dicimus: participare enim sicuti etiam superius dicebamus nihil est. Nec sane quod scientiis videmus causam, quare et omnis intellectus et omnis natura facit: neque huius causae, quam dicimus esse unum principiorum, quicquam attingunt ideae. Mox deinde:<sup>44</sup> De motu vero siquidem erunt haec motus clarumque movebuntur ideae, si vero non quod, unde venerunt? A superioribus eius verbis haec pendent, cum scripsit:<sup>45</sup> Qui vero ideas causas posuerunt, primo quidem quaerentes horum entium<sup>xvi</sup> sumere causas alia hisce aequalia numero attulerunt.*

20 Addit:<sup>46</sup> *Ferre enim pares vel non pauciores ideaे sunt his, de quibus quaerentes causas ex his ad illas processerunt. Ad haec respon-*

<sup>43</sup> ὅπως δ' ἐκεῖναι τούτων οὐσίαι, διὰ κενῆς λέγομεν. τὸ γὰρ μετέχειν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴπομεν, οὐθέν ἔστιν. οὐδὲ δὴ ὅπερ ταῖς ἐπιστήμαις ὁρῶμεν ὃν [ῶν] αἰτιον. δι' ὁ [διὸ] καὶ πᾶς νοῦς καὶ πᾶσα φύσις ποιεῖ. οὐδὲ ταύτης τῆς αἰτίας, ἣν φαμεν εἶναι μίαν τῶν ἀρχῶν, οὐδὲν ἄπτεται τὰ εἴδη. [ARIST. Metaph. 992a.27 – 32]

<sup>44</sup> περὶ τε [περὶ δὲ] κινήσεως, εἰ μὲν ἔσται ταῦτα κίνησις, δῆλον ὅτι κινήσεται τὰ εἴδη, εἰ δὲ μή, πόθεν ἥλθεν; ARIST. Metaph. 992b.7 – 8]

<sup>45</sup> οἱ δὲ τὰς ἰδέας αἰτίας τιθέμενοι, πρῶτον μὲν ζητοῦντες τωνδι τῶν ὄντων λαβεῖν τὰς αἰτίας ἔτερα τούτοις ἵσα τὸν ἀριθμὸν ἐκόμισαν. [ARIST. Metaph. 990a.34 – b.2]

<sup>46</sup> σχεδὸν γὰρ ἵσα, η οὐκ ἐλάττω, τὰ εἴδη ἔστι τούτοις [τούτων] περὶ ὃν ζητοῦντες [ζητοῦντας] τὰς αἰτίας ἐκ τούτων ἐπ' ἐκεῖνα προῆλθον. [ARIST. Metaph. 990b.4 – 6]

<sup>xiv</sup> Corr. ex ille

<sup>xv</sup> Corr. ex varie

<sup>xvi</sup> Corr. ex initium